



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ITINERARI[I] || ITALIAE || RERVMQ. ROMANARVM || LIBRI  
TRES ||**

**Schottus, Franciscus**

**Antverpiae, 1600**

Svessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70633)

ficia magna, sed ruinosa. Et in angulo, qua se via in Appiam fundit, *Marci Tullij Ciceronis* sepulchrum ostendunt Campani antiquitatum studiosi ex *Iouiniani Pontani* sententia, cuius ætate volunt ibidem repertum fuisse fragmentum epitaphij Ciceronis. Pighio Coronæ tamen non tantæ videtur antiquitatis monumentum illud esse: quod rotundum opere lateritio concameratur, media columna testudinem sustinente; & ad dexteram introitus per scalas lapideas patet ascensus ad superiora quæ dumis & arbutis obsepta sunt.

## S V E S S A.

**P**erlustra urbem antiquitate, veterumque scriptorum frequenti mentione celebrem; in quam *Pometinos* à Tarquinio Prisco rege Romanorum *Pometia* deleta pulsos commigrasse *Dionysius Halicarnassæus* lib. v. tradit, vnde *Suessa Pometia* vocari cœpit. Hodie, *Sesa*. Postea & *Auruncorum Suessa* dicta, teste *Liui*o, cum *Aurunci* à T. Manlio consule Sidicinis opem ferente victi cum liberis & vxoribus eopatria deserta confugissent. Posita quidē vrbs in agro Vestino ad montem *Massicum* in Appia via & in regione amœna atque fertili: quæ aliquandiu *Volscorum* inter præcipuas vrbes nominata, tandem Romanis cessit, factaq; colonia circa annum vrbs *CDXL*. vt ex *Liui*o colligimus. *Velleius* autem triennio post *Luceriam* deductam scribit. Passa deinde est sæpius clades *Annibalico*, ciuilibusque Romanorum bellis: quam tamen admodum postea floruisse *Cæsarum* sub monarchia, maximè sub *Hadriano* & *Antoninis Pii*s, colligimus ex statuarum titulis, & elogiis, atque marmorum scripturis, quæ sparsim ibidem reperiuntur.

C A.